

Decimaseptima

tate resistentia quelibet corpora non glorificata. **A**gilis nam dicitur Wilhelmus in de toro vniuerso quod glorificatus homo potest in ictu oculi distantius moueri amplius quam per mille milia miliariorum. unde et Augustinus ubi vult spiritus ibi erit et corpus postremo clarissima redundantia anime ad corpus ita quod secundum maiorem claritatem luminis glorie et fruitionem beatificam secundum hoc plus corpus eius glorificabitur. **F**ruitque peruia ut vitrum et clara ut aurum. **I**bi videmus visionem corporali delectabilissima non existetia ut flores/animalia/pisciculos/aves et similia videbit verisimiliter per species sensibilibus a deo influxas. **A**udiemus iocundissima. unde psalmus. **E**xaltationes dei in gutture eorum. **S**uper quo Augustinus. **C**orda et lingue eorum non desinent laudare deum. **S**ustabimus dulcia secundum Thomam non tamen secundum quod est sensus alimentari sed secundum iudicium saporum. **T**angemus. unde et Christus glorificatus tactus est. **O**mnisque sensus erit in actu in patria. **Q**uid ultra? **I**bi postremo sapientia Salomonis velut stulticia. fortitudo Sampsonis obilitas. **D**ominatio Octauiani subiectio. **O**pulentia crescit paupertas. **V**ita Mathusalem momentanea. **O**mnis mundi delectatio ibi tristitia. **Q**uid de hac ciuitate gloriosa proferam? cum calamus quiescere iubeat/sensusque deficiat. **E**rgo ut attingere valeamus ad hec inenarrabilia vite per huiusmodi gaudia/disponamus domui nostre/quia moriemur naturaliter et non viuemus/utinam in futura vita perbenniter.

Cella Decima octaua.



Discipulus in decima octaua cellam introductus vidit in primo eius latere satis obscuram picturam. **N**am in primo latere vidit quamdam cameram senibus plenam. **I**n secundo animas in igne puniri. **I**n tercio latere inferius locum tenebrosum paruulis et infantulis plenum. **I**n quarto profundissimum puteum atque sordidum locum ubi procholorum inenarrabiles pene videbantur. **Q**uamuis inquit senex in precedentibus cellulis de receptaculo primo animarum scilicet celo dictum est: tamen hec pictura alia docet esse receptacula. **P**ro quo sciendum quod quatuor sunt nunc loca in quibus recipiuntur anime a corpore separate. scilicet paradisus. infernus. purgatorium

et lymbus. Ratio huius diuersitatis ista est. Quia aia quatuor
 modis decedit a corpe. primo aia euolat. i. sine omni culpa de-
 dit/ vt in precedētib⁹ apparuit cellul⁹. Secundo si aia decedit cū
 actuali culpa mortali/ tunc ei⁹ receptaculū est infern⁹/ in quo dā
 natur. nam in inferno est carētia grē/ pena sensus et dāni. Tercio
 si aia decedit cum culpa veniali et penitētia insufficiēti/ tunc ei⁹
 receptaculū est purgatoriū in quo purgat⁹. nā in purgatorio nō
 ē ita carētia gratie sicut in inferno/ sed est pena sensus et dāni tē-
 poralis. Quarto si aia decedat cum originali culpa/ tunc ei⁹ re-
 ceptaculū est lymbus/ in quo est carētia gratie et pena dāni et-
 nalis/ sed non pena sensus/ scōm Thomā et Petruz de tharen.
 dis. xxj. qrti. ¶ Primum latus. ¶ Circa igit⁹ primū lat⁹ no-
 tandum qd lymbus patrū fuit in quo iusti aī xpi passionēz deti-
 nebant. post xpi passionē et ascēsiōnē lymb⁹ patrū cessauit/ et p
 eo celū empyrēū factū est receptaculū animarū sanctarū/ atq; in
 purgatorio plenarie purgarū. Ad hunc xps descendit/ et quic-
 quid inuenit ibi liberauit. vñ dicit⁹ infernū momordisse/ scōm il-
 lud Osee xiiij. morsus tuus ero inferne/ quia partē inde abstulisti.
 Fuit at⁹ xps in hoc inferno per tridū mortis sue cum scis pri-
 bus/ vt simul educerē et corpus de sepulchro. Lymbus puero-
 rum differt a lyombo scōrum patrū/ et ab inferno dānatoz. Pri-
 mo a lyombo patrū quo ad liberationē/ qz scāctis patrib⁹ debeba-
 tur pena tēporalis. Pueris at⁹ modo in lyombo existētibus de-
 bet⁹ pena etnalis. vñ sicut infernus et purgatoriū non sunt idem
 eo qd existētib⁹ in inferno debet⁹ pena etnalis/ in purgatorio ve-
 ro pena tēporalis. Ita differūt lymbus pueroz et scōz patrū.
 Preterea quo ad expectationē/ qz pueri sine baptismo decede-
 tibus non est spes btē vite/ qd patribus aderat. Insup quantuz
 ad cognitionē/ qz et sanctis patrib⁹ lumē fidei et grē refulgebat.
 non autē pueris. vbi ē. dis. xlv. arti. v. Quātum vero ad sirū p-
 babilis credi⁹ idē locus fuisse. nisi qz requies beatorū patrū eāt
 in superiori parte qd lymbus pueroz. ¶ Secundū Terciu⁹
 latera. ¶ Ita qd primo erat lymb⁹ sanctorū patrū. secūdo pur-
 gatorium. tercio lymbus pueroz. quarto infernus dānatoz.
 de quo in quarto latere et in sequēti cella patebit. De primo et

Decimaoctaua

tercio lateribus satis edoctus/erudiendusq; in sequentib⁹/de
quarto ⁊ de secundo latere scz purgatorij pena (de qua principa
lis huius interio celle) cupiuit edoceri. ¶ **P**ro quo sciendū q
anima cu; recedit a corpore si non est plene purgata ⁊ libera ab
omni culpa ⁊ debito penē/non est ydonea ad intrādum regnuz
celozū. **S**ed ⁊ si non desert secū mortalia pctā/non est etiam di
gna iehenna/sed est mediū locus qui dicit^r purgatoriū quo de
stinatur ob sui purgationē ad tēpus. **H**oc purgatoriū nō negāt
antiqui philofophi/vt **S**ocrates in pbedzon platonis. nec **A**
incenna ix. methaphisice sue ca^o vlti. qui tñ machometista fuit.
Nec **H**ermes trimegistus ad esclapiuz. **S**ed exēpla **G**rego
rij in q̄rto dya^l. cūctiq; doctores catholici hoc asserunt ⁊ affir
mar ratio/quia quēcunq; penitentē oportet satisfacere. **S**ed ali
qui moriunt^r in caritate qui non satisfecerūt pro peccatis prete
ritis/ergo oportet in futuro alicubi satisfacere/ ⁊ hoc est purga
torium. **D**e huius purgatorij pena multi scribūt doctores/ eaz
asserētes in minima sui parte tam dāni q̄ sensus/actioz eē qua
libet huius seculi pena/quod multi resuscitati se esse exptos sūt
testati. **Q**ui⁹ rei veritatē scribēs ille **T**homas brabantin⁹ doct⁹
vir suffraganeus ⁊ eps actor libri apū/de mirabili **C**ristina in
quit. **I**lla vruosa mirabilisq; **C**ristina post primā a morte sua
resuscitationē/reducta ad corpus interrogantib⁹ quid sibi post
egressum de corpore p̄tigerit:dixit.statim vt defuncta su; susce
perunt angeli lucis animā meā. ⁊ deduxerūt eā in locū tenebro
sum ⁊ horridū/aiābus hominū plenū. **T**ormēta q̄ ibi vidi tāta
tāq; crudelia erāt/q̄ nulla valet id lingua exprimere. ⁊ cogitan
te me q̄ esset infern⁹/angeli mīderūt purgatoriū cē/ cū alijs mul
tis ⁊c. **Q**ue verissima fuit ista cristine relatio/ p̄bant immanissā
tormēta/que post resuscitationē spōte pertulit/ ⁊ sibi ipsi infixit
Nam ardētissimos intrauit clibanos pro decoctione panis pa
ratos in quibus tam vehemētissime cruciabat^r/ vt pre angustia
clamaret.nec tamē ea egrediēte vlla apparuit lesio. **S**epe in a
quis bullientibus/sepe in p̄gelatis se precipitauit. sepe in suspen
sos se bino suspēdit. ⁊ plura alia (vt patet in hystoria ei⁹) egit
Et q̄uis bec gesta natural^r rationis acūmē pfundāt: tñ ea que

fidei sunt seu fide digna narratione/in genio non valent mēsurari/ dijudicari/ aut coartari. **H**ec partim p̄memorata per p̄dictum venerabile virū conscripta/ probat idē descriptor testimonio patris reuerendi **J**acobi achonēsis episcopi postea cardinalis/ qui se eā z eius miracula vidisse testat/ ymmo z alia multa p̄tactis mirabiliora narrant de ea. **D**yonisiuszq; cartusiensis deuotissimus pat̄ magnēq; l̄rature/ dicit se fuisse in loco quo defuncta fuit. z dū in puericia in opido sācti trudonis frequentauit/ scolares ex relatu suozū parentūz sepe loquebant de ea vt audiuit. ¶ **C**irca igit̄ hoc purgatorij tria sunt vidēda succicte purgatorij pene qualitas **C**irca primū sciendum q̄ q̄tuor q̄litas purgationis causalitas dum q̄ q̄tuor q̄litas purgandozū diuersitas tes sūt pene purgatorij. scz pena damni/ z hoc ad tempus/ sensus/ demoniace insultationis/ z negligētie subuentionis p̄sideratio. **Q**uo ad primū sciendū q̄ pena damni scz p̄riuationis diuine visionis/ sicut in inferno ita z in purgatorio est grauissima/ super penā ignis z omnem aliā. **C**um itaq; anima separata a corpore intelligat deus summū bonū/ z affectet illud perfectissimū videre/ qd̄ solum ipsam p̄t quietare/ vidēs se ipso p̄uari/ z si ad tēpus/ tñ p̄opt suoz defectū sūme dolet. vñ clamat cū p̄s **S**itiuit aiā mea ad deū sōtem viuū/ q̄ i veniā z appebo an̄ faciē dei/ zc. **L**icet em̄ speret se ipm̄ visurū/ tñ vt dicit̄ in puerbijs spes q̄ differt affligit aiām/ z tātomag quāto res sperata maḡ amat. **T**am em̄ int̄suz est desiderij aiē vidēdi deū/ q̄ nulli⁹ desiderio adeq̄ri p̄t in p̄nti. **N**ā z si iacob p̄iarcha multū affectauerit videre filiū suū ioseph in egipto p̄sidentē quē mortuū existimabat. **E**t regina saba tā vehement̄ optauit videre **S**alomonē regē/ z audire sapientiā ei⁹ q̄ regnū dimisit veniēs a finibus ire. **E**t **S**ymeō iust⁹ tāto feruore desiderauit videre xpm̄ dñi filiū dei/ q̄ pro a lio viuere nō volebat. tñ quelibet harū affectionū minor est illa aiē sepeate inbiantis deū videre. **E**t hec maxima super oēs penas eozū qui sunt in purgatorio/ scdm̄ **T**homā in q̄rto z **C**risos. ¶ **S**ecunda pena est pena sensus. s. ignis materialis cruciatio. **Q**uō aut̄ anime siue in purgatorio siue in inferno an̄ resūptionē corporū cru

Decimaoctaua

cientur igne/est difficile intelligere. **Q**uāuis em̄ ignobili⁹ non
agat in nobili⁹/nec psequēē corp⁹ in spm̄: tñ ille ignis purgato
rius nō naturalit̄ s̄ vt instrumētū diuine iusticie agit in aiās/ōr
nendo eas ⁊ affligēdo mō a nob impceptibili. **D**e hac difficul
tate scribit mgr̄ sentētiarū li. iiii. dis. xliii. ⁊ eadē dis. super hac re
multa scripserūt doctores q̄ longū eēt recitare. **P**orro **T**hōs re
citāt ibi diuersas aliorū positōes/ sed illi recitatis ponit ibi modū
magis ibi placentē dicēdo. **C**orpus in spm̄ naturalit̄ agere non
p̄t/ nec ei aliquo mō obedē/ nec ipm̄ gūare/ nisi b̄ q̄ corpi aliquo
mō vniū. **S**pūs at̄ corpi vniū dupl̄r. p̄mo vt forma materie/ vt
ex eis fiat vniū simpl̄r. ⁊ b̄ mō aiā ⁊ demō nō vniū corpeo igni
Scōdo sicut mōuēs mobili/ vel sicut locatū loco/ eo mō quo icor
poralia sūt in loco. **I**ncorporei em̄ spūs sunt in loco diffinitive/
qm̄ ita sūt in loco vno q̄ nō in alio. **Q**uāuis at̄ res corpea ex sua
natura hēat q̄ spm̄ incorporeū diffinituz detineat/ vt ita illi loco
alligē q̄ ad alia se diuertē neq̄at/ cū spūs nō sit naturalit̄ ita i lo
co vt loco s̄dat/ s̄ hoc sup addit̄ igni corpeo in quātuz ē instru
mentū diuine iusticie/ sic q̄ detinet spm̄ ⁊ ita efficit ei penal/ re
tardās eū ab executōe p̄be volūtatis ne. s. possit opari vbi vult
⁊ scōm q̄ vult. hec **T**hōs. qui etiā in sūma p̄ gētiles li. iiii. ponit
hūc modū. **S**ed cōtra hūc modū multi obijciūt. p̄mo qz iuxta
istā positōnē nequāq̄ videt̄ q̄ pena dāni aiāz sepataz in pur
gatorio vel in inferno exn̄iū excedat oēm penā vite p̄ntis. nam
spiritū detineri ab igne ⁊ esse totalit̄ ei alligatū/ multo minor est
pena/ q̄ vere corporalit̄ cremari in medio ignis. nam ⁊ ignis rō
ne sui caloris verissime perhibet̄ esse maxime actiuus ⁊ afflicti
uus. **D**emqz q̄uis regis filio esset valde graue detineri in car
cere/ non tamen illa detentio esset ei ita penosa/ vt alteri cuiūqz
cremari et comburi in medio estuantissimi ignis mundani. **D**i
centes amplius. **C**rimina demonū saltem peiorū non sunt mi
nora criminib⁹ hominū. **I**ocirco supplicia demonū etiā p̄ diē in
dici nō erūt minora supplicijs hominū reproborū/ q̄ tūc in corpe ⁊
anima punient̄ ab igne. **S**ed si tūc demones solū punient̄ ab
igne tartareo per alligationem ⁊ detentionē prefatā/ multo mi
nor esset pena eorum q̄ hominū/ qui tunc infernali incendio

per caloris impressionē ineffabili torquebunt. ¶ Preterea se-
cundū istā opinionē spūs incorporei multo grau⁹ punirent si al-
ligarent ⁊ detinerent infimo elemēto/vtpote fre/ ⁊ presertim ē-
re lutose/fetēti/ac sordide: quoniā talis res corporal ⁊ hūmō lo-
cus esset eorū nature ⁊ dignitati specificē multo magis p̄trari⁹.
¶ An vt refert **Wilhelmus** parisiē in libro de vniuerso/ quidā
dixerunt demones quosdā nunc detineri cloacis/ ⁊ huiuscemo-
di impurissimis locis. ¶ Insup si non affligerent aīe se pate ac
demones ab igne nisi per prefatā detentionē/ possent ex assue-
factione ⁊ diuturnitate penā hūmōi maxime mitigare/faciendo
de necessitate voluntate/quādamq; patientiā coactā/quemad-
modū incarcerati scientes se non posse euadere/sumūt sibi pati-
entiam quādam. Dicētes insuper ad hōc qđ **Thōs** affirmat a-
gens instrumētale non agere in aliqd v̄tute superioris agentis/
nisi habeat aliquā naturalē ⁊ propriā actionē in illud/quis i na-
turalibus cōiter ita sit: non tñ oportet sic esse in effectib⁹ q̄ sunt
supra naturā/ quales sunt punitiones spiritūū ab igne materia-
li. ymmo deus altissimus qui est super omnē lege⁹ nature ⁊ sup
omnē ordinē vniuersi/ vñdum ad ostēdendā supliberrimā et il-
luminatissimā omnipotentia suā: agit aliqua per ea que mini-
me per naturā possunt cooperari ad illam: ymmo pea q̄ ex sua
natura hñt operari p̄trariū. Vñ super illud ysaye xxxviii. iussit
ysayas vt tollerēt massam de ficiis/et catbaplasmarēt sup vuln⁹
ezechie ⁊ sanaret/ dicūt cōiter expositores/q̄ applicatio illa fico-
rum naturalit̄ erat p̄traria curationi vulneris ezechie: **Jō** de⁹
per ysayā iussit apponi tale emplastrū/quaten⁹ curatio ezechie
miraculosior monstraret. Vñ scđm **Ihero**⁹/ vt curatio ezechie
ostēderet diuinioz/per res noxias atq; aduersas ferī collarum
¶ Itaq; ad indagādum qualis spūs illi patiant̄ ab igne corpo-
reo/non expedit nimis vñiti naturali inuestigationi quemad-
modum nec in alijs multis que credimus. De hac re super q̄r-
to dis. xliij. scribit etiā **Bonauē**. vt ibi ad longū sp̄ici potest.
cuius positio partim p̄cordat cum p̄edcā **Thome** positione/et
partim ab ea discordare videt̄. Nepe cuz **Thōs** dicit spirit⁹ il-
los igni alligari/ ⁊ detineri in igne velut in carcere/q̄ vero subū

Decima octaua

git eos trepidare vbi trepidandum non est/ recedit a **T**homa.
Multaq; alia in ista opinione tãgunt/ que impugnatiõib⁹ pa-
 tent **N**am iuxta hãc positionẽ non videt^r posse defendi/ q; etiã
 post resurrectionẽ cõem demones punirent^r tã graui^r vt hõies
 reprobi/ vt prætactũ est. **T**antis tamẽ doctoribus non est irreue-
 renter aut temere p̃tradendum. **C**redũt alij sic firmissime ac
 simplicit^r tenentes q; ignis ille purgatorij z inferni/ vere/ realit^r/
 ac penali^ssime influat z imprimat in aiãs separatas/ ac demões
 immutãdo z affligẽdo eosdẽ suo calore ineffabili^r acri⁹ z pena-
 lius q; aliquis in hoc mũdo affligi z immutari q̃at ab ignis calo-
 re. verũtamen modũ z qualitãtẽ immutationis arbitrant^r p̃pre-
 bendi non posse ab hõie viatore: quomã ignis ille non agit vt a
 gens naturale/ sed vt instrumentũ diuine omnipotẽtis iusticie.
Et sicut omnipotẽs deus supernaturalit^r ptulit materialibus z
 sensibilibus reb⁹ vt pote sacramẽtis/ vt aque/ seu tinctiõĩ in aq/
 z vñctioni/ ac sacramentalib⁹ verbis/ vtutem agẽdi salubriter in
 incorporeas aiãs/ adhuc in corpore existẽtes: sic supernaturalit^r
 cruciat/ affligit/ immutat/ z vrit aiãs sep̃atas ac demones. **R**ur-
 sus quẽadmodũ creator bñdĩcũs z glĩosus dedit inuisibilib⁹ cre-
 aturis/ vt angelis sanctis/ ymmo z demonib⁹ vtutẽ naturalit^r in-
 fluendi ac imprimẽdi creaturis corporeis/ z mouẽdi/ trãsmutã-
 di/ z puniẽdi easdẽ: sic corporalibus z sensibilibus reb⁹ superna-
 turalit^r dedit vtutez hãc immutãdi/ affligẽdiq; aiãs separatas. qđ
 z iusto ac decẽtĩssimo egit iudicio. **E**x quo enim aiẽ prauẽ ac dẽ-
 mones peccãdo fecerũt se ipsos sensibilib⁹ corporalib⁹ rebus in-
 animatisq; entibus viliores per culpã: iustũ est vt rebus huius-
 modi subijcian^t per penã detentionẽ/ z immutationẽ/ maxime
 afflictũã. nam z bñdĩ afflictionib⁹ ac passionib⁹ vult iudex om-
 nipotẽs spũs prauos subdi z affligi/ q̃uis iestimabili mō aliter
 sint in eis q̃ in reb⁹ hui⁹ mũdi corporeis. ¶ **I**taq; **G**regorius
 iij. dyalogoz libro disseruit. **S**i viuẽtis hominis incorporeus
 spũs tenet^r in corpore: cur non post mortẽ igne teneat^r corpore?
Ad quod petr⁹ rĩndit **I**n viuẽte quolibet idcirco tenet^r spirit⁹
 incorporeus in corpore/ qz viuificat corpus. **A**d qđ **G**regorius
Si incorpore⁹ spũs in hoc teneri potest q; viuificat/ cur nõ z ibi

penaliter teneat: vbi mortificat. **T**eneri autē spiritū per ignē dicimus vt in tormēto ignis sit/vidēdo ac sentiēdo ignē/nāq; eo ipso patit̃ quo videt. et q; cremari se aspicit/cōcremat. **S**icq; fit vt res corporea incorpoream rem exurat. **D**um ex igne vili-
bili ardor ac dolor inuilibilis trahitur/et per ignem corporeum mēs incorporea flamma crucietur. **Q**uāis colligere valeam⁹ ex dictis euangelicis q; incendiū anima non solum vidēdo/sed etiam experiēdo patiatur. **V**eritatis etenim voce diues mor-
tu⁹ dicitur in inferno sepultus **L**uce xvj. qui deprecatur est abra-
ham dicēs. mitte lazarū vt refrigeret linguā meā/ quia crucior in hac flamma. **D**eniq; veritas in fine reprobis dicet **I**te ma-
ledicti in ignē eternū qui preparatus est dyabolo et angelis ei⁹.
vt **M**athei xxv. **S**i ergo dyabolus angeliq; ei⁹ cum sint incor-
porei corporeo sunt igne tremādi: quid mirū si et anime anteq; recipiant corpora/corporea tormēta sentire cogantur? **A**d hec
petrus respōdit. placet ratio/nec debet animus de hac questio-
ne dubitare. **Q**ue predicta **G**regorij verba quoniā diuersi di-
uersimode trūcate allegāt/integre cōmemorant. **S**ed ad ex di-
ctis sanctorū hanc prosequendā materiā/assumit hoc qd̃ asserit
Aug⁹ in quodā s̃mone dicēs. **I**gnis ille purgatorij durior ē q̃
quicquid penarū in sclo isto videre/sentire/aut cogitare q̃s po-
terit. **D**eīn in iij⁹ sentētiaz mgr̃ ex ṽbis sapiētissimi **A**ugusti-
ni allegat dicētis **Q**uis q̃s pfiteri rēnuit aiām posse habere sili-
tudinē corpis/corpaliūq; mēbroz/pt negare aiām eē q̃ videt in
somnia. s. se ābulare/seōre/vel huc illucq; ferri/volatu/aut egres-
su. qd̃ sine quadā corpis silitudine nō fit. **P**roinde si hāc silitu-
dinem et apud inferos gerit/nō corporale s; corpori simile/pōt et
ibi sic pati. **I**nsup ad idē pbādūz inducit mgr̃ ṽba **I**ulianiepi
qui p̃allegata **G**regorij ṽba refert in forma/et sequit̃ ea. **A**dd⁹
quoq; mgr̃. **I**n cassiani etiā voluminib⁹ legit̃/q; aiē separe non
sūt ociose/neq; nichil nō sentiūt. cū ille diues in inferno flamma
cruciari se clamet/vñ pbat aiās defūctorū nō solū suis sensib⁹ nō
priuari s; nec istis affectib⁹. s. spe/gaudio/tristitia/et metu care-
re. hec mgr̃. **E**t si ex hijs intelligant̃ nisi quadā fantastica ignis
appbēssione et ymaginatione rei lesiue a q̃ tñ nequeūt immutari

Decimadotaua

affligi ab igne corporeo / et magis a similitudine ignis quam ab igne
Ea que fidei sunt rationem et apprehensionem transcendunt / nichilomi-
nus per ea que naturaliter fiunt aliquantulum declarantur. **S**i ergo anima
adhuc existeret in corpore potest absque corporis passione tam horribiliter af-
fligi in somno / ex sola ymaginatione et similitudine corporalium
rerum. quoniam magis per omnipotentiam dei potest anima separata ac demo-
nes nunquam dormientes affligi / et immutari / ineffabiliterque puniri igne
corporeo / ex ignis illius apprehensione / per similitudinem per similitudi-
nes / spiritus ac dirivaciones ipsius / ita quod sicut spiritus illi viciose ac tur-
piter in rebus caducis sunt delectati / sic iuste immaturaliter et violen-
te ac supernaturaliter pellunt rerum corporearum ac viliu[m] impressio-
bus / afflictionibusque corporalibus subiacerere. **Q**uamvis itaque anima
bus nec in demonibus persistet sensus interiores / qui sunt vires orga-
nice / inter quas sunt vis ymaginativa / ac memorativa / et sic in il-
lis spiritibus mirum videretur esse ymaginativa[m] apprehensionem / seu yma-
ginativa[m] ignis et corporalium rerum cognitionem. **I**n simplicissimum
et immateriali deo cognoscit hec universa corporalia. **D**eum et age-
li sacri in quibus nequaquam est sensus interior aut ymaginativa potes-
tia. **N**one etiam anima divinis ordinata in tormentis posita / recordaba-
tur fratrum suorum. **P**orro an et qualiter potentie sensitive extiores et
interiores maneant et persistant in anima separata / et qualiter non separabilis
est difficultas doctorum super illud. **T**ertium est tamen quod potentie sen-
sitive ad minus radicaliter et originaliter manent in anima separata.
Verutamen[te]m **A**ugustinus in de spiritu et anima dicit **A**nima recedit a cor-
pore secum trahens sensum / ymaginationem / rationem / et intellectum / per
cupiscibilitatem et irascibilitatem. **E**x quo ad propositum versus habet hec
materia tenuitatis enodata est. **I**n 6^o. **D**e. de pal. nullus doctor
satisfacit intellectui / nec mirum quod ea que sunt fidei non possunt scienti-
fice probari / nec rationes in prioribus scientifice solui / pro eo quod fides est de
hijs que excedunt rationem naturalem. **I**deo regrediendo ad propositum
nostri de pene sensus acerbitate. **N**otandum quod ignis ille est
tam gravis / quod ignis quo utimur respectu illius reputatur ut ignis pri-
ctus. **E**t dicitur non esse eternus / non quidem quantum ad substantiam habet
tamen ad officium / ut dicitur theodosius in iij. **Q**uia ignis ille non habet purga-
re elcos / nisi usque in diem iudicii / permanet tamen postea / quia id est in

substantia cum igne inferni. **C**um etiā dolor non sit lesio s. lesio-
nis sensus: tāto magis aliquis dolet de aliquo lesivo/quāto ma-
gis est sensitivus. vñ lesiones q̄ fiūt maxime in locis sensibilib⁹ vt
in oculo ⁊ similib⁹ mēbris/ maximū dolore⁹ causant. **E**t qz tot⁹
sensus corporis est ab aiā: ideo si in ipsam aiām aliqd̄ lesivum a-
gat/de necessitate oportet q̄ maxime affligat. **T**ercia pena ē
demonis insultatio irridētis. **S**olet enim hōi esse valde āgusti-
osum cum videt inimicū suū insultare ⁊ irridere de penis eius.
Et prop̄ hoc **R**asias vir venerabilis ⁊ magne opitōis in po-
pulo isrl̄/necaptus illudere⁹ ab inimicis/ piecit se ex fenestra i-
ter turbas: intestina q̄ egrediebant de corpore ei⁹ p̄iciēs super
eos. vt habet ij. **E**zechab. xiiij. **I**psi siquidē demones p̄atēz
non hñt torquēdi aiās purgādas/sicut aiās dānatas/cū fuerint
in pñti eorū victores: sed assistētes añ eas irridēt et insultāt eis
de supplicijs suis. **T**ho. in q̄rto. **N**ec angeli boni puniūt ani-
mas in purgatorio/qz eorū p̄ciues sunt amicissimī: tñ possibile ē
q̄ eas ad loca penarū deducāt/ ⁊ aliqui visitādo eas confortent.
Quarta est negligētie amicorū cōsideratio ad eis subuenien-
dum/pro quib⁹ sepe in mūdo plura egit ⁊ bona reliquit/clamā-
tes illud **J**ob **M**iseremini mei miseremini mei saltē vos ami-
ci mei. **S**i quis enim in grauib⁹ doloribus eēt cōstitut⁹/nec se
posset iuuare/videret āt suos amicos ⁊ propinquos eū desere-
re: cum tñ multiplici possent eū iuuare: nonne magnā amaritu-
dinez inde p̄ciperet ex tali inhumanitate? **T**ales sunt anime in
purgatorio: quoniā se iuuare non pñt/sed expectant subleuari a
suis quos in seculo dimiserūt/sed cum non sentiāt eorū iuuamen
non parvā causam hñt doloris: ⁊ precipue cum multum labora-
uerunt/ ⁊ multarū penarū debitores se fecerunt/peccādo vt illis
bona dimitterēt/de quib⁹ negligētib⁹ plen⁹ in sequētib⁹ dicet
De secūdo principali scz purgationis causalitate. s. q̄re it̄ ad
purgatoriū. **E**st peccatū cum quo quis morit⁹: **S**z ⁊ tale quod
non tollit grām. quod vel que peccata secū portauerint egrediē-
tes de corporib⁹ aiē ac soluunt reat⁹ mortaliū. i. debita penarū
temporaliū quib⁹ obligate erāt prop̄ tēporalia mala perpetra-
ta/quibus hic non satisfecerūt ad sufficientiā/ ⁊ si per penitētiā

Decimaoctaua

recuperauerūt gratiā/z euaserūt debituz pene infernal' ppetue
ideo ad ecclesiā pertinent militante/z eius suffragijs adiuuant
¶ Tres enim inter alias reperiunt' cause quare itur ad purga-
torium. scz propter nimium affectum

¶ **Rerum familiarum**
¶ **scz sensualium**
¶ **omissarum satisfactionū**

¶ **Prima causa est de**
ordinatus affect' quez
quis habet ad tempo-
ralia/ut ad diuitias/honores/potētias/z hmōi. Ita tñ q' semp
preponat omnib' talibus amor dei. Cum em̄ quis nimium solli-
citat' ad ipsa acquirēda/z nimis timet ad ipsa amittenda/nimis
doler de ipsorū amissione/nimis gaudet de ipsorū possessione:
non eis utit' z subuenit debita discretionē. In ōnibus hmōi p-
mittunt' frequē venialia/z utinā nō aliqui puenirēt ad mortua-
lia. Difficile est reperire talia possidētes sine inordinatōe affe-
ctus. Vñ Grego. dicit q' cura rei familiar' vix sine pctō exerceri
p't ab hīs etiā qui nouerūt vitare pctm̄. ¶ **Secūda cā est inor-**
dinatus affect' ad parētes z amicos/qui frequēter fit fm̄ Au-
gustiniū ut offēdat' de' nec offēdat' amicus. Cū tñ fm̄ veraz
caritatē nec minimū veniale quis p salute pximi pmittere debe-
at. Et q' inordinata affectio ad huiusmodi trahit homines ad
plura peccata/ideo xps dixit/Inimici hominis domestici ei'.
¶ **Scōda causa est affectus sensualitatis.** propter quod dicit A-
postolus ad Rōnos xiiij. Curam carnis ne feceritis in p'cupi-
scētia. Appetit em̄ ipa sensualitas p'ria spūi/q' sunt scz delectabi-
lia sensib'. ut videre/audire/gustare/z hmōi. horret z refug' du-
ra z aspera/ut vigilare/orare/ieiunare/z hmōi. propt' qd' z si spi-
ritus prompt' sit ad bonū: caro tamē infirma frequētissime ca-
dens saltē in venialibus/cuz quibus decedēs in purgatoriu mit-
titur. Vñ in vitis patrū legit' pro huiusmodi leuibus quosdaz p-
bos viros ad purgatoriu deputatos. Et aliqui quidē pro dele-
ctatione quam habebāt in cantu. alij pro delectatione nimia in
porn. alij pro nimia sollicitudine in edificijs/etiā ecclesiasticis.
alij pro studio curioso gentiliū. ¶ **Tercia causa est amissaruz sa-**
tisfactionū/scz pro peccatis mortalibus ad plenū/de quibus tamē
penituit z contritus fuit. Nam z cum peccator reuertitur

ad penitentiā verā/restituitur sibi dei gratia ⁊ amicitia/et debi-
tum inferni remittit. remanet tamē obligatio cōiter pene tēpo-
ralis/quante tamē nullus scire potest. **C**ui si non satisficiat/nō
solum per penitētiās iniūctas a cōfessore/quia illud cōiter qua-
si nichil est respectu eius quod debet/sed ⁊ per alia opera pena-
lia in grā facta/vt ieiuniū/elemosina/oratio/flagellatio/⁊ hmoi/
quod restat in morte ei de pena solvenda ibi sustinet vsqz ad ple-
num/nisi subleuetur ab alijs. **I**n **Aug** de pe. dif. vij. purgan-
dus est igne purgationis qui in alio seculo distulit fructū puerfi-
onis. **T**ercio principalit de purgādozum diuersitate. **N**otā-
dum q vna aīa citi⁹ purgat alia. vno mō ppter viuoꝝ ⁊ eozū sus-
fragioꝝ diligētiā. de quib⁹ circa finē hui⁹ tractat⁹ dicit. secūdo
mō q: qdam venialia sunt maioris ad herētie q alia/b⁹ q afficiū
mag⁹ ad ea inclināt ⁊ forti⁹ in eis figit. ⁊ iō talia tardi⁹ purgant
In **Apl**s j. **C**oz iij. **S**i quis edificauerit sup b fundamentū
lignū/fenū ⁊ stipulā/ipse salu⁹ erit/sic tñ quasi per ignē. **E**difici-
um spūale est multiplicatio bonoꝝ operū. **Q**uot em bona opa
fiūt quasi tot lapides supponunt. **F**undamentū hui⁹ edificii ē
fides xpīana sine qua spūalit edificari nō pōt. **L**ignū/fenū sti-
pula/que non durāt in igne/signāt diuersa pctā venialia/quozū
gradus reducit ad tria. scilicet ad lignū qd diucius manet in igne. ad
stipulā que citissime expedit. ⁊ ad fenū quod medio modo se
habet. **S**cđm vero gravitatē vel leuitatē/grauius pumentur q
quis immiscuit inter bona opera sua. **E**t sic dicitur superedifi-
care/non quia sint quasi ad meritū pertinētia vt bona opera. sed
quia sunt non destruētia edificii salutis b. **T**homā in quarto
Que autē acerbius purgant vel que tardius/sciendū q acerbis-
tas pene proprie respōdet quantitati culpe. sed diuturnitas re-
spondet radicationi culpe in subiecto. vnde pōt contingere q a-
liquis in purgatorio diucius moret qui minus affligitur ⁊ eco-
tra b. **T**homā vbi s. **A**bbas **Y**oachīm libro de semine scriptu-
rarum dicit **M**agni pctōres qui vere in fine vite penitēt/in pur-
gatorio igne vsqz ad nouissimū diē tales cremari oportere credē-
di sunt. **A**mericanus libro de questionibus armenozū libro xij.
dicit. **V**erisimile est multos vsqz ad resurrectionē glīosam om

Decimanona

nium electorū in purgatorio remansuros/qui multa purgatiōe indigebūt. ¶ Sed finalit̃ hic q̃ri pōt vtrum purgatorij pena sit volūtaria. Rñdet̃ q̃ pena purgatorij dicit̃ volūtaria nō absolute s̃ p̃dionate/qm̃ alit̃ saluari nō valēt. quēadmodū eger vult i/cidi aut vri. vñ 6^m Alexan. de ales/ z idē t̃agit Bonauen sup̃ q̃r tum sentē. Pena dicit̃ volūtaria tribus mōis. primo q̃ a volūtate imperāte assumit̃/ z talis est penitētiālis pena. Secūdo q̃ a volūtate acceptāte eq̃nimit̃ tollerat̃/ vt est mari pyrū pena/ que intm̃ placuit eis vt ab eis erui noluerunt. Tercio quia a volūtate tollerante suffertur/ sicut dñz cupiens sanitatē infirmat̃/ sustinet quidē infirmitatē tanq̃ penā diuinitus inflictā/ z tamen ab ea liberari pcurat. z talis est purgatorij pena. Talisq̃ pena minus habet de ratione voluntatis q̃ predictē. Ideo dulcissime fili dixit senex/ q̃ sicut de^o nobiscū viuētib⁹ misericorditer agit: sic tēpore gratie postposito post vitā pntem acri⁹ penā debitaz exigit. vulgariter fertur q̃ extra vincula faciliōr sit compositio. Propter huius pene acerbitatē euitandā/ z mortis inopina tam horam sollicitē expectandā/ dispone domi tue quia mori eris tu z non viues..

Cella Decimanona.



D hac decimanona cella declarare restat de quarto latere precedentis celle/ z animarū q̃r to receptaculo. s. damnatorū p̃fundissimo puteo/vbi miserabiles vlulatus audiebant̃ z terribilia tormenta apparebāt. ideo iuxta instructionis discipuli documentū sciendū q̃ bene profundissimus puteus conspiciebat̃/ quia damnatorū locus in inferiori parte terre est. Nam ps̃ loquens de peccatoribus ait. Intrabunt in inferiōra terre. glō. in infernū. Insuper Iohānes Apocal. v. loquens de miserijs dei occultis/ ait. Nemo poterat aperire librum z soluere signacula eius/ neq̃ in celo neq̃ in terra/ neq̃ s̃b tus terrā. glō. i. demones in inferno existentes. Preterea congruit vt sub ira sit/ rōne affectus/ vt qui hic terrena coluerunt/ ppetue in terra claudant̃. ps̃. Abesit in terra vent̃ noster. Circa ergo hunc horribilissimū puteū aliqua sunt notanda.